



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Sebastiani Henrici Penzingeri, Consistorialis
Passaviensis, Decani, & Parochi in Trauttmanstorff ad
Laitam Bonus Ordo Triplicis Formatae Concionis Moralis In
Omnia Festa Sanctorum In Amplissima ...**

Penzinger, Sebastian Heinrich

Solisbaci, 1698

Concio Secunda. Textus: Quis putas puer iste erit. Thema: Bonus juvenis,
optimus vir.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51763](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51763)

IN FESTO S. JOANNIS
BAPTISTÆ.

CONCIO SECUNDA.

Textus. Quis putas puer iste erit. *Lucæ cap. 1.*

Thema. Bonus Juvenis, optimus Vir.

Egerdium.



Este Plinio: Uniones, & margaritæ generatæ Sole ente, & in aurora, valdè excellunt in candore, magnitudine, rotunditate, ac pondere. Academia subscripsit Symbolum: *Omniscius qualitas, ab in S. Chryostomus hoc Symbolum ad juventutem applicat: nempe Juventus, quæ manè, oriente Sole, & aurora, ad rationis, ad optimos mores, & virtutes applicatur, facile ad primam qualitatum, ac perfectionum pertinet; perfecta permanet, in qualitibus semper excellet. Asserit hoc irrefragabile*

Textus Sacra Scriptura.

Dei Verbum: *Adolescens juxta viam suam, etiam cum senescerit, non recedet ab eâ. Prov. cap. 22. & cap. 20. Ex istis patet intelligitur puer, si munda & recta sunt opera ejus, non est Viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua, sedem hereditarius, & tacebit, & levabit super se. Jerem. Thren. cap. 1. Ecce puer meus electus, quem elegi, intelliget, elevabitur, & preclarissimus erit valdè. Isaia cap. 5. Audiantur Patres: Aurea consistetur virtus, quæ ab infantia suscipitur, scribit Fernandez in cap. 35. Genes. secti. 8. Electus Dei in dies crescat in virtutibus, crescit autem, dum ab infantia incipit, docet Abbas Pannorum in cap. 7. Apocalypf. Sanctorum sibi vita non dissonat, sed qualis fuerit superioris ætatis, sit & sequentis. S. Ambrosius lib. 4. de Virg. Et iterum in Ps. 118. Qui à juventute jugum portaverit.*

35. Patres.

Fernandez.

Pannorum.

verit, & habentis maturi moderaminis teneriora volens, colla
 subdiderit, sedebit singulariter remotus à strepitu interpellanti-^{Victore.}
 um permotioum, & quietus silebit, cui necesse jam non est, jur-
 gari cum corpore, decertare cum variis cupiditatibus. Hugo à
 S. Victore lib. de claustro animæ describit floridam juventutem:
 In illa atate inquit crines flavescunt, caro nitescit eburnea, ocu-
 lorum gemmis facies rosea decoratur, valetudo corporis vires sub-
 ministrat, & atas juvenilis longioris vita spacium repromittit:
 quando viget ratio, vigent etiam corporis sensus, visus acutior,
 auditus promptior, incessus rectior, vultus jucundior; qui in hac
 atate se domant, & Deo sociant, præmium Joannis Baptista ex-
 spectant. Nempe Joannes in eodem, semper boni, virtuosi ad
 mortem. Optimè concludit S. Augustinus in Ps. 18. Tantò magis S. Augustin.
 efficitur quisque filius bonus, quantò largiùs datur ei à patre spi-
 ritus bonus. Concludo cum Theodorico 5. Vari. cap. 15. Diffi-^{Theodoricus.}
 cultatem enim nobis querela submovemus, dum in ipsis cunabu-
 lis scelera ressecamus. S. Spiritùs gratià invocata, desuper Con-
 ceptus dabo.

CONCEPTUS I.

Propheta Isaias Spiritu Sancto illuminatus, Christum Salva-^{Confirmatio.}
 torem nostrum, amarissima quæque patientem, Agnum vocat:
 sicut Agnus coram tondente se obmutuit. cap. 53. Adultus tunc
 jam erat JESUS, 33. ætatis numeravit annos, & tamen adhuc
 Agnum, Christum Isaias vocat. Tenellum, recens, ac juvene-
 dum hoc genus animalium est, agni dicuntur, dum adolefcunt,
 non jam Agni, sed oves vocantur; qua de causa ergo Isaias, Chri-
 stum jam adultum, Virum 33. annorum, adhuc agnum intitulat?
 Sicut Agnus &c. Inspiciamus agni qualitates; Candidus est intus
 & foris: innocentiam signat; Agnus ducem sequitur, obedientiam
 notat; Agnus percussus non recalcitrat, læsus tacet, patientiam,
 & mansuetudinem indicat; de puero JESU testatur Evangelista
 innocentiam: Proficiebat atate, & sapientia, & gratia apud
 Deum, & apud homines. Lucæ cap. 2. Item & obedientiam:

(F) 3 descen-

Descendens cum eis in Nazareth, erat subditus eis. Summa pariter patientiam, & mansuetudinem: *Reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio.* Capite eodem. Vir factus, qualis est JESUS? talis, qualis puer parvulus; innocentissimus: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joan. 8. Obedientissimus: *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Paulus ad Philipp. 2. Patientissimus: *Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.* 1. Petri 2. Christum ergo jam adultum licet, & virum sanctorum, tamen Agnum Isaias vocat: ideo Agnum, ad indicandum Bonus Juvenis, bonus erit Vir; Agnus est Christus, juvenis & puer innocens, obediens, patiens; talis est & vir, innocentissimus, obedientissimus, patientissimus moritur, & expirat: audiamus Leonem Serm. 7. de Epiph. *Dispositos dies JESUS sub persecutione inchoavit, & sub persecutione finivit, nec puero tolerantia passionis, nec passuro defuit mansuetudo puerilis.* Non adagium, bonus puer, & juvenis, optimus erit vir, ac festum Testem post Christum produco S. Joannem Baptistam.

CONCEPTUS II.

S. Joannes Baptista jam adultus factus; mittitur a Rege in carcerem, & in vincula conjicitur. *Joannes in carcerem.* Matth. 11. In carcere ligatus quid agit Joannes? fors speculatur, quomodo è vinculis se liberet? unde Patronos evadendi comparat? nihil simile: unice occupatur, quomodo satis decenter, & reverenter Christum honorare valeat; hinc quod ipse in periculo præstare nequit, per legatos exequitur, suos discipulos ablegat, honorent, venerentur Christum: *Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis.* Eodem: *Uell in viro, & adulto, hic zelus divinus, ut postposita vita, & commoditate propria, unice Joannes cultum, & honorem Christi quærat, ac intendat? causa est: Joannes adhuc infans, in utero matris, Christum honorare, colere studuit; patet Luca cap. 1. Exultavit infans in utero meo: Joannis in utero matris sue Es* faberho

fabethæ, sentiens præsentiam Christi JESU, exultavit; *saltum edebat*; inquit S. Basilius Orat. 38. qualis hic saltus fuerit, explico: Aristoteles docet: infantem in utero matris hoc situ sedere; faciem intrò, & matrem versus; dorsum verò extra, & versus adstantes vertendo: dum ergò præsentiam JESU Joannes sensisset, exultavit, exiliit; vertit se in utero matris suæ, faciem versus JESUM, & Mariam vertendo, & inclinando, quasi reverentiam Messia faciens; adhuc in utero matris, infans, Christum Joannes coluit, & honoravit. Hanc pietatem, quam Joannes puerulus exercuit, devotionem, cultum, quem Christo Joannes adhuc infans detulit, jam vir, & adultus, iteratò repetit, studet, & incumbit Christum Messiam, Dominum, & Salvatorem, honorare ac colere: *Mittens duos*. Est hic Conceptus mellisui Ambrosii hom. 1. in Joannem: *Mirari non debemus, quòd ab Herode missus in carcerem Joannes, clausus Christum suis discipulis intimaret, cum etiam clausus in utero eundem Dominum gestibus prædicarit*. Hinc hoc documentum stabilio: bonus puer optimus erit Vir, ac Senecio. Hoc asserere voluit Anna, Mater Samuelis.

CONCEPTUS III.

Annæ Angelus Domini, hoc felix, ac gaudiosum nuncium detulit: *Concipies, & paries filium, & erit Nazareus, ab infantia, & ex matris utero*. Judicium 13. Mulier læta accedit maritum suum, narrat divinam repromissionem, quia Angelo teste conceptura sit, & paritura filium, qui Nazareus Domini futurus sit. *Ex utero matris, sed usque in diem mortis suæ*. Si facer textus, & verba Angeli ad Annam dicta, inspiciantur, invenitur Angelum solùm dixisse: *Concipies, & paries filium, & erit Nazareus DEI ab infantia, & ex utero matris suæ*. Verba sequentia, *sed & in diem mortis suæ*, Angelus non dixit, sed mater adjecit. Quà nunc veritate, & intallibilitate, sancta mulier dictis Angeli hæc addere potuit: *Nazareus erit in diem mortis suæ*. Nazareum, id est, Sanctum DEI, Samuelem nasciturum fore,

fore, Angelus promittit, sed talem fore, & permanurum, dum adoleverit, Angelus non affirmat: Samuel etiam adultus liberum habebit voluntatem, & arbitrium, Nazareus, Dei servus, permanere usque in diem mortis si non libuerit, permanere coactus non est: quomodo ergo pia mater tam certo, infallibiliter & veraciter asserere potuit: *Nazareus erit ab infantia sua, & ex utero matris sue, sed & in diem mortis sue?* Notare licet quod S. Chrysostomus in lib. 1. Regum cap. 1. observat: Nemo matrem Samuelis his: *Sed & in diem mortis sue:* statim adhaesisse sequentia: *Et ego commodabo eum Domino, ut serviat Domino cunctis diebus vite sue.* Spondit mater se à puero Samuelem ad servitium divinum instructurum, & assuefacturum fore; ut opere adimplevit; vix enim progredi inceperat Samuel, jam mater sua eum Ephoth, veste Leviticâ, induit, infantem adhuc Samuelem, jam ad divinum obsequium, Heli Sacerdoti confidit, ac tradidit: sic à puero ad divinum obsequium instructum, edoctum Samuelem, non dubitat mater asserere, ut servus DEI, cultor divini Numinis, Nazareus *in diem mortis sue* permanebit. Non enim fallit; bonus Juvenis, bonus est Vir. Probo ulterius.

CONCEPTUS IV.

Salomon in magnificum templum quod construxerat, posuit leones, & leunculos, hâc diversitate; leones, sive adultos, fecit ex argento, leunculos, id est juvenes, ac parvulos leones, fecit ex auro: *Leunculos aureos pro qualitate mensura, pondus distribuit in leunculum, & leunculum, similiter & in leones a genteos diversum argenti pondus designavit.* 1. Paralipom. c. 22. Quid mysterii latet, quod leunculos parvulos, & juvenes fecerit ex auro? doctissimus Fernandez vult: per leunculos intelligi eternam juventutem, per leones verò, adultos jam viros, & maturam ætatem, & concludit: *Ille aurum offert, qui à puero Deo prestat obsequium,* in cap. 35. Genes. Sect. 8. Aurum noscitur nihil perdere de sua substantia, aurum senescat mille annos, ma-

net incorruptum, bonum, nobile, ac pretiosum. Leunculos ergò, teneram juventutem figurantes, fecit Salomon ex auro, indicans: aurea si juvenus fuerit, si proba, casta, timorata, innocens, talis aureus juvenis, in virum excrefcens, nihil perdet de sua virtute, aureus vir, aureus senex, probus, inquam, pius, castus, timoratus morietur. Sic concludit citatus Author: *Aurea censetur virtus, qua ab infantia suscipitur.* In opere veritatem conspiciamus in Tobia, & Eleazaro.

CONCEPTUS V.

De Tobia inquit liber Tobia cap. 2. *Non est contristatus contra Deum, quod plaga cœcitat is e venerit ei, sed immobilis in DEI amore permansit, agens gratias omnibus diebus vite sue.* Quid virum adeò constantem in Dei amore, timoratum in mandatis DEI fecit? dicat causalem S. textus: *Cum ab infantia semper DEUM timuerit, & mandata ejus custodierit.* A pueritia Tobias timuit Deum, à juventute fortem, & generosum se exhibuit Tobias in DEI servitio: DEUM timens, mandata DEI observans, permanet in canam senectam. Non ergò fallit: bonus Juvenis optimus Vir. Eleazarus 2. Machab. c. 6. ad Tribunal deducitur, eique datur optio: ut aut comedat carnes porcinas, aut morte crudelissimâ pereat; quid Eleazarus? mortem crudelissimam mavult sustinere, quàm vel latum unguem à patriis legibus discedere: *Respondit citò dicens, pramitti se velle in infernum.* Ergò annorum senex jugulo præbet collum, ferro, & igni venerandam canitiem, & frigidam senectam holocaustum defert. Undè quæso annoso hoc viro, tantus Spiritus ac zelus, ardor & observantia in leges divinas? dicit Scriptura citato textu: *Cogitare cepit etatis ac senectutis sue canitiem, atque à puero optima conversationis actus.* Notate: à puero optima conversationis actus: à puero generosus, fortis animi, constans in fide, & patriis legibus, talis etiam annorum senex comprobatur.

Pars II.

(G)

CON-

CONCEPTUS VI.

Sæpius S. Angeli DEI, ut formosi juvenes, teneræ ætatis adolescentes, apparuerunt; ita Tobiaë 5. scriptum legimus; *Invenit Juvenem splendidum*. Erat is S. Archangelus Raphaël. S. Marcus cap. 16. narrat de devotis mulieribus ad sepulchrum: *Invenerunt Juvenem sedentem, coopertum stola candida*. Quæ Angeli in forma juvenum apparent, cum tamen sex mille annos senes sint? respondeo: Angeli ab initio statim boni, DEUM amantes, DEUM colentes inventi sunt, sex mille, & amplius annis elapsis, adhuc boni, & optimi permanent, & continuant. Hinc in juvenili ætate quasi semper apparent Angeli, ad imitandum: Juvenis, qui bonus, angelicus fuerit, ab initio, a pueritia probatæ vitæ, mille annorum, nonnisi bonus, probatissimæ actionum invenietur. Est hæc mens Josephi Mansi Tract. 6. c. 15. num. 15.

Epilogus.

Hortor ergo omnes verbis Ecclesiast. 30. *Filii tibi sunt, præcedunt te, & curva in pueritia. Bonus enim si fuerit superioris ætatis, sic erit & sequentis.*
Amen.

